



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Trias Romana Hulderichi Hutteni Equitis Germani Et  
Poetæ Laureati**

**Hutten, Ulrich von  
[Dusseldorfii], 1588**

**VD16 H 6411**

Hulderichus De Hutten EQ. Sebastiano De Rotenhan, equiti aur. adfini suo  
Salutem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35424**

HULDERICHUS DE HUTTEN  
EQ. SEBASTIANO DE R.  
tenhan, equiti aur. adfinis suo Salutem.

S Olicitè in epistolis tuis , dulciss. adfinis, quid scribam  
hoc tempore , & an omnino aliquid scribam , percon-  
taris. Studii est illud tui : hoc facis præter morem: nisi un-  
quam dubitasti prius, aliquid scribere me etiam in aula  
versantem , inquietudini & turbis obnoxia. Sed nun-  
fortasse arbitraris in hac specula cessare , ubi vel maxim  
solitudinis occasione agere aliquid hujusmodi convenit.  
Hujus rei argumentum habes Vadiscum dialogum, quem  
cum aliis peperit mihi quies hæc, atque hi montes. is si  
placebit, consilium quoque meum secedendi tantisper ab  
aula non improbabis. Nolo commendare tibi librum u-  
bonum , cum res, qua describo , pessima sit ut liberum  
& verum fortasse volo : quo nomine vel gratissimus esse  
tibi debet. Ipse quidem mihi , si usquam , in hoc placeo.  
Vincta erat libertas nostra , & pontificiis impedita la-  
queis, solvo : exulabat veritas, relegata ultra Garaman-  
tas & Indos , reduco . Talis ac tanti facinoris mihi con-  
scius non affecto publicum præmium : illud peto , si qui  
me hoc impugnandum nomine duxerit, ut caussam meam  
defendendam boni omnes suscipiant : hæc laboris hu-  
jus merces esto. Bene vale. ex propugnaculo  
Huttenico Steckelberg. Idib.  
Februariis.

HUL